

1310. primis Xbris.

Ex Orig: Arch: regni.

Henricus regni Polonia Hæres etc
duodecim macella donat civibus in
Fravenstat. ~

161.

44

In Nomine domini Amen. Quia genera:
tio præterit generatio et advenit, nec ho:
mo in eodem statu permanet ratione
possibili quæ aguntur in tempore, labun:
tur cum tempore, quæ propter peritorum
industria dictavit, eaque commendatione sunt
digna scriptis ac fide dignorum testimo:
nio perhennari. Hinc est quod Nos Henri:
cus eadem. Dei gratia hæres regni Po:
lonia, Dux Slesie, dominus Glogovie,
Poznanie et Kalisien², ad notitiam Uni:
versorum tam presentium quam futu:
rorum volumus devenire, quod pro subsi:
dium nostra civitatis in Wrovenstat
vendicimus nostris fidelibus Civibus ur:
bi commorantibus quatuor macella
carnium superaddenda et edificanda
alijs inter civitatem sitis quatuor macil:
la panum similiter addenda, quatuor ma:
cella calciorum etiam apponenda, et
unam stubam balnei edificandam, cla:
vim quoque prout juxta civitatem
eamdem crevit, circumstantialiter et
est distinctum pro centum maris rega:
lium et decem maris. Insuper hæc
prenominata Saliz duodecim Macel:
la stubam, et Clavim cum maturo

consilio



consilio nostrorum baronum contulimus
predictis Civibus in usus Civitatis pro;
ut melius potuerint convertenda, pacifice
perpetueque possidenda. In cuius rei evi;
dentiam presentem ipsis nostro sigillo dedi;
mus roboratam. Actum et datum Glo;
govia, sabbato post Diem beati Nicolai
sub Anno Domini Millesimo Trecentesi;
mo Decimo, presentibus Burhardo de Ka;
mencz, Theodorico de Siliz, Gunthero de
Biberstein, Johanne de Biberstein, Otho;
ne de Donin, et alijs quam pluribus fi;
de dignis.

Ta Kopia przepisana z Krygi:
natu Parganinowego dnia
Jedynastego Miesiaca maja
Roku Panskiego Trydzietnego
Siedmsetnego Osmidziestego
czwartego, u ktorego wisipie;
czy na iedroabiu palliowym
z wyrazeniem Osoby na wosku.